



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Poggii Florentini Oratoris || Clarissimi, Ac Sedis Apo.||
Secretarii Opervm ||**

Poggio Bracciolini, Gian Francesco

Argentinae, 1513

VD16 ZV 12623

Secundus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14341



VPERIORI Libro in quo de miseria conditionis humane pro modo ingenij a nobis est disputatum/princeps optime Sigismunde/ & hunc secundum adijciemus: ut & exemplis grauioribus/ & rerum preteritarum memoria lucidior fiat nostra sententia. Qua in re a legentibus peto: ut cum nihil videatur utilius: quam hanc fragilem/ communemque vite nostre legem omnibus notam esse: quo magis cupiditas hominum ab inani rerum fortunarum appetitu deterratur: hoc meum differendi munus: non ad observationem aliquam/ sed ad mentis exercitationem a me susceptum esse arbitrentur. Satius enim existimaui hoc parum tempus quod vacuam a negocijs datur: consistere in rebus laude dignis: quam inerti ocio ingratiuorum

conterere. Simul etiam excitabunt aliqui forsan ad hanc scribendi rationem uberius ac doctius pertractanda: quod quidem multum conferre arbitror doctorum hominum studijs & disciplinis. Nullius quippe vel philosophie/ vel alterius optimae artis tanta progressio facta esset: nisi priores scriptores suis inuictis & reprehendendis & melius sciendi materiam prebuisent. Haec ego ductus fiducia/ reueniar ad nostram disputationem in qua si quid profecero: iocundum erit/ non omnino me oleum ac operam perdidisse. Sin vero minus: contentus ero citius in hoc scribendi negotio frustra me fuisse versatum: quam per deficiam tacuisse. Te vero Sigismunde oro obtestor: ut cum ad rei militaris scientiam addideris more priscorum principum/ & multarum rerum studia & doctrinam: hanc nostram disputationem (si qui forsan in eam malitoli inuidicij impetum facere conarentur) tuendam suscipias auctoritate tua: quo facilius audentibus explicare possimus ea quae superioribus videntur adijcienda. Cum igitur post stridite Mattheus egoque sumpto cibo/ viderat institutum ad Cosmum rediremus: post priora salutatiois verba. Adsumus inquit Mattheus/ ut diligenter hesternam quaestio absoluat. Visum est enim mihi nescio quid suspensisse disputationi nostrae: cuius finis ende facultate: tum breuitas temporis abstulit: tum ratio validudis tuae. Percomode aduenistis Cosmus inquit. Naec mihi oculi est ad loquendum: & quaedam quae hesternae die praetermissa sunt meae opinioni videntur adijcienda. Quae sunt haec inquit/ quae nouiter excogitasti. Oblitus sum inquit haec nonnullos addere his quos putabam esse felices: Pontifices: Cardinales: ecclesiarum Antistites: virosque omnes qui Christi militiam sequuntur. hos dico opulentos/ ac bene suffraginatos: qui non solum beatos se/ sed beatissimos opinantur. Deriderent hi sane hanc tutam sententiam: cum censeant ab omni miseria suspitione vacui: nemoque ambigat eos omni viuendi molestia carere. Quid enim abest illis ex his quae sunt hominibus desideranda? Nam praeter opes/ diuitias/ dignitates/ summam qua fruuntur auctoritatem/ praesunt ceteris mortalibus: quod dulcissimum habetur: ac dominant. Eas vero fortunas possident/ quas nullus casus/ nulla maior vis queat eripere. Nam quae deo donata sunt: cum ipsi dei sint coheredes ac ministri/ rata manent in populo: neque decretis aliorum labefactantur. Ita nullo amittendi metu cruciantur: nullo egendi timore: ut si cetera desint: hoc solum praestare felices eorum homines possit. Habent praeterea suum protectorem saluatorem nostrum: cuius scuto recti nihil periremetur: iudicat alios: a nemine iudicantur. Summa in quiete absque ullo labore vitam iocundam ducunt. Id verum esse declarat frequens occursum varij generis hominum ad hos veluti fertiles agros ex quibus facillime sua uillimique fructus percipiunt. Pro

Mattheus.

Cosmus.

Poggius.

Cosmus.

prelatorum felicitas vana

h.

pter fortunę nãq; bona tanta ambitione vides sumas appeti dignitates: ut arma
 etiã & crudelia bella iter cõpetitores excitari sepius magna regionũ et genũ clade
 cõspiciamus. Quo fit ut opulẽtiores facti/nulius rei inopes (quã maximã felici
 citatẽ putant) in negocijs ocio dediti/in ocio absq; negocijs trãsigent atetã. Horũ
 de felicitate nemo dubitat:cũ nulla molestia/nullo dolore pplexi/absq; sudore/
 absq; ullo discrimine cõsuefãt. Hęc tibi Poggi/qui cũ eiufmõi genere hoim dũ
 unius cõsueuisti, quic; eorũ vitam & mores penitus pspexisti/esse debẽt multo q;
 mihi exploratiõra. Mea tamẽ sentẽtia est, illos omĩ vitę miseria vacare. Scio te ma
 gis inquã Cosme/hęc ex cõi fama & vulgi rumore dixisse: q; vera esse crederes.
 Qui em̄ tibi pbari potest ullam felicitatẽ in illis esse/qui ipi sibi vident infelices.
 Aut quõ vitę molestiã possunt effugere: quorũ ceruicib; onus grauius a molesti
 us: Siphia saxo iminere videmus. Neminẽ adhuc (& ãnos qnq;taginta cum eis
 vixi) testor me repisse/qui sibi uila ex parte felix videretur: qui non illam vitam
 ut molestã/inquietã/anxiã/mltis oppõssam curis deploraret. Nam ut de nostris
 pontificibus loquar: quos siles arbitror fuisse superioribus: multi ex eis mecũ priua
 to sermone sunt admodũ conquesti: oneris Pontificij seruitutẽ/detestatq; quodã
 modõ eam dignitatẽ quę oim miserima videret. Qm̄ neq; ulla corpis / aut animi
 libera quiete/ & absq; maximis ac grauissimis curis teneret: tuto absq; pericu
 lo: neq; cõmode absq; multorũ detractantiũ inuidia dimitti queat. Ita nõ felici
 sed afflictam omĩ tormẽto vitam fortunãq; eorũ/qui ad tantũ gradum assumunt
 duram & asperã appellare possumus: si pontificis officio / non tyrannorũ imperio
 uti velint. quorũ tamen si mores sequuntur: inẽ miseros solũ putamus / sed etiã de
 testandos. Extiterẽ plures inquis/ quibus nulla miserior q; Chircolarũ utilitatis/
 aut fidei tuandę cura fuerit: ut & miseros tales pontifices opinari homies merito
 possint & miserũ Chriãnũ populũ tali pastori vel lupõ potius creditũ. Magna pe
 horũ in subleuãdis ditandisq; sũq; stirpis hoibus occupata fuit: quorũ cogitationes
 q; euaserint inanes/ multorũ quos nouimus extant exempla. Rarũ apud eos fuit
 diũ viguit doctrinę vel religionis: rarius virtus est in p̄cio habita: ut nisi dei pro
 uidentia ea fieri arbitrarer: aliqñ quereret minimã illi inesse aut mortaliũ / aut fidei
 curam. Quapropter siue boni fuerit/ ppter agendorũ difficultatem & pon
 dus/ multiplicẽq; anxietates: in qbus absq; ulla intermissione versant/ miseri sunt
 iudicandi. siue mali: eo sunt miseriores/ quo longius ab eorũ officio discessere. Vi
 dent quoc; sepius hac miseria premi: ut non dei seruatorũ (ut scribunt) sed dei ho
 rium aliqñ serui esse videant: quę magna infelicitas est habenda. Perficile nũ
 darent quorundã qui nostro sæculo fuerũt pontificũ cicatrices: quo facilius eorum
 miseria in p̄mptu esset: nisi tantę dignitati parẽdũ videret. Nonnulli certe nedum
 laudandi sunt: sed ne tolerãdi quidẽ: nisi a Dei patientia. cuius iudicia sunt occulta
 Nam de Cardinalib; nõ audeo sniam dicere. In omĩ em̄ statu & cõditiõne scimus
 optimis pmixta esse pessima. Vnũ nouimus illo ordine indignissimũ: Angelottũ
 Romanũ Cardinãle ab Eugenio factũ. Nam fuit aurarus. rapax. subdolu: male
 ficus: inuidus: lingua. peaci/ & in aliorũ cõtumeliã. p̄mpta. Cõtinentis tamen vitę
 fuit: ad cetera moribus improbissimis. Cuius vitę congruens exitus fuit. Ab ados
 lescentiore cubiculario somno meridiano dormiẽs gladio trãfossus est. Oprandã
 quippe esset. ut qui tantã dignitatẽ assequuntur minus studiũ poneret: tum in cumu
 landis pecunijs/ tũ in iusticia & iurib; violãdis. Nam his rebus deditũ miseria cares
 re non possunt. Idem de Epis ceterisq; quos opes eccliarũ insignes reddunt/ cetera
 dum vident: quorũ studia multũ differũt ab eorũ p̄fessõe. Scribit brũs. Augustinus
 queri Ciprianũ Carthaginẽsem sanctissimũ virũ repiti tempibus suis epõs/ aurar
 ros/ luxuriosos/ vitijs deditos. Et qdem eo tempore id quent quo p̄secutionẽ Chriã
 ni ab infidelibus sustinebãt. Quod si tũc cum multi martyrio coronabant: cũ sape

Poggius.

Hierony.
angelottus
Cardinalis

Augustin.

Etis viris illustrabat nra fides: cu pauptate oes fere coplecterent/improbos epus
 fuisse nonnullos patet qd in hac tpm fece/in tanta huius etatis pueritate/in tam de
 prauatis moribus fieri putemus. Longus sane liber ellet coficiendus: si multoz
 quos nouimus vita/mores/vita recenseremus. Sed ad maiora que da nra tendit
 oro. Hec relata sut: ut plane intelligas eos ipos quos btos ac felices putamus/ois
 esse vere felicitatis exptes: nulloq pacto ab hac labe cois miserie eximedos videri.
 Quera maiora sup sunt/inqt Cosmus: Nonne tibi magna ac fatis ampla vident
 que de sumis potificibus reliqscq amplissimis dignitatis viuis distgrunt. No inqua
 si de his meo more libere loqui possem. Eset em campus late patens/ in quo nra
 longius oro vagaret: sed me pudor impedit/ & officiu boni viri. Inhonestu quippe
 videret: aliq ignominia illoz me ordine viros afficere/a qbus ipe admodu ornatus
 sum & multis bnificijs affectus. Stultissimu pterea ellet ronen vite alterius aliq
 repolcere/ qui reddere nequeat sue. Itaq ad alia digrediamur potius/ que mihi sta
 tuerat refereda. Ut placet Cosmus ait. Mihi qdem gratissimu erit audire qd huic
 nre colloquioni celeas adijciendu. Fragilitatis inqua nre conditione varijs calami
 tibus urbiu/ pinciaz/ regnoru: que pmulte possunt asseri/ duxi latius explorā
 dum: quo facilius in pmptu sit omnibus hec deplorāda miseria vite nre. Sed vere
 orne cu hac putet vob notiora esse qd mihi: fatietate aliqua/ aut acinū fastidij/ que
 sum dicturus audiant a vobis. Minime Mattheus ingeniam hec tua comemoras
 tione multa que forsā exciderant memoria reuocabunt. Tum ego: ut de prime
 etatis inqua in celicitate sileā: que a deo omi moru turpitudine viteq flagitio inq
 nata fuit: ut omes mortales Deus a qraz inundatione delēdos curarit ab his ipis
 inijis ordiat/ que memorie hoim litere tradiderūt: ut ex his que recitabunt/ veris
 sine possit asseri orbem terraz semp multis cladibus ac varijs calamitatibus fuis
 setera marq consecutu. Primus alyrioz rex Ninus bella finitimis intulit: mltas
 sibi nationes subijciens/ non absq pernicie illoz quos supauit. Secuta est Semira
 mis uxor: que glorie cupiditate flagrans: cum ter decies centenis milibus peditu/
 quingētis milibus equitū/ centū milibus currū: ut Diodorus tradit/ in Indiam pe
 nerauit. Indoq flumine duoru milium nauium ponte iuncto: quo tutius ingres
 di ac regredi posset: comissoq cum Indis prelio/ saucia hoste supante fugiens: cu
 maior eoz pars qui a cede supserant ponte trāsissent/ & ipa supato flumie rescin
 di pontem iussit: quo accidit: ut & qui in ponte erant/ vi fluminis interirent: & qui
 rates ascēderāt/ magna ex pte ab aquis raperent: reliqs cum omnibus impedimen
 tis prede hostibz relictis. Quanta hac calamitas multaz gentium fuerit facile qs
 iudicabit: si multitudinē eoz qui aut interiere/ aut capti sunt aia duertat: maiorem
 certe ptem exercitus amissam constat. Plures pterea expeditiones fecit ad vicinas
 gentes expugnādas: non absq magna earum calamitate. Secutum est postmodu
 regionis eius que Pentapolis dicta est/ in Arabia finibz incendiū: quo quinq opu
 lentissime urbes diuino iudicio ob eoz nepharia scelera exulte sunt/ atq in steris
 lem puluerē redactę: quos Cornelius Tacitus refert fulmine cōcrematas. Diluui
 um quoq Ogygis tempe multas Achazie provincie urbes & loca vastauit. Paulo
 post secuta est in Aegypto fames: cui Moyse promidētia subuenit: multis tamen
 ea prouincia calamitatibus oppssa. Accessit deinde ad priorem Grece calamitatē
 diluuium ingens/ aquis a ponto supfluentibus: quod maiore Thessalie ptem abs
 sumpsit. Quo tempe Deucalion hoies dicit reparasse: pterea q multos ad mon
 tana fugietes loca protexerit. Aethiopiam insup eo ferme tempe diram pestem le
 gimus afflixisse. Liber quoq Indiam petens/ non absq multoz insigni calamita
 te oppssam/ in suam ditionem redēgit. Per idem tēpus historie sacre ferunt plagas
 illas in ultione iudeoz: Aegyptū oppssisse. Scelesti deinde cedes qnqginta filioz
 inter Danaū & Aegistū secuta est. Danaū quoq expulsio & ad Argos fuga ubi a
 h z

Cosmus
Poggius.

Cosmus
Poggius.

Mattheus
Poggius

Ninus
Semiramis

Pentapolis
incendium

Diluuium
Grece.

atandm
zmi

Celeno receptus / pditione illum regno expulit. Quis ignorat Busmidis Aegypti
 equos cede hospitii pascens crudelitate. Non sunt ignota Tantalii Pelopis q̄ Ha-
 gitia: & Ganimedis raptus: ex quo maximum exarsit bellum. Tereti Philomene
 Progneseq̄ fabula: & filius a matre positus cibus p̄it: quē non ad lachrymas cōmo-
 uerent. Legite antiq̄ tragedias: Troa dē: Medea: Aedipodē: Atreum: Hylitū
 reliquosq̄ p̄multas: quē t̄p̄m illorū calamitatē continēt: & secula ostentāt miserare
 plena. Nulla est in orbe terrarū gens: nulla natio: nulla puincia: quā non varia pe-
 litis / diuersi rerū casus afflixerint: bella / pestilentie / terrēmotus / fames / urbiū ex-
 cidia / mutacōnes regnorū: nuncq̄ permiserūt humanū genus pace ab infinitis pene
 calamitatib; frui. Ante Alexandrū Macedonē Scythas / Parthos / Assyrios / Persas /
 Armentos: uniuersam deniq̄ Asiam d̄nandi ambitu / discordie / arma / intestinae
 contētionēs / Imperia ad alios translata multis seculis opp̄ssere. Nulla fides / nulla
 pietas / nullum fēdus / nulla humanitas in earū gentiē regibus & tyrānis fuit: sem-
 per mutua cede crassati sunt. Pres in filios / filij in parces / fratres aduersus fratres /
 uxores in viros ad intermissionē usq̄ seuiertūt. Nam ut omittā Cyri Persarū regis a
 Thamire interfecti obitum: ut Cambisis: Xerxis Grēcie terroris: multorū p̄terea re-
 gum cedes. Quid crudelius / qd inhumanius / qd miserius excogitari possit: Das-
 nium / & quinquaginta simul frēs Artaxerxis filios in p̄tis necem cōspirasse: Ex quo
 meriti supplicij penā subiere. Quid aut̄ inanius Ochi / qui Artaxerxi successit cru-
 delitate: qui frēs reliquos omēs (70. hi numero erant) regnā q̄ grā iussit occidē:
 Dariū ab Alexandro superatū suorū proditio sustulit. Nolo insidias / pditiones / va-
 ria tormenta regum ac tyrannorū refricare v̄s mentib; / qbus ea sunt notissima.
 Hoc vere affirmarim: totā Asiam varijs usq̄ ad Alexandri t̄pa calamitatib; amictā
 fuisse. Quē aut̄ maior calamitas Asiē unq̄ fuit: q̄ quē Xerxis regno cōtigit: Qui
 cū decies centenis hoim milibus in Grēciam trāsmisisset: solus pene aufugit: om̄
 ferme exercitu ferro / fame / peste deletō. Quid de Alexandri gestis dicam. Vniuer-
 sum eius Imperiū orbis totius spolijs / raptis / incendijs / cecidib; prouincias / & ur-
 bium valitate est cōparatū. Post ipsius vero obitū qua felicitate subacta a se gens
 vixerint inspiciamus. Legistis quot & quales inter duces tot regna fuerint par-
 ta. Mirum est nosse quanta inter oēs discordia / quanta clades subsecuta est: quanto
 odio decertarūt: quanta gentiū strage sit dimicatū. Vident̄ sane de dita opa in suam
 & gentiū illarū mutuā p̄niciem cōsensisse: tam dubia sane / tam infida / tam fallax
 in successione fortuna fuit: ut nil seuius: nil calamitosius excogitares. Adeo enī
 regnandi rabies viguit: ut etiam sorores om̄sa naturē vi iniuicē ad interitū certas-
 rent. Secuti sunt post Romani: quorū impio bello subacta Asia pere cōpulsā est.
 Nam p̄tim extinctis / p̄tim armis supatis / p̄tim in amicitia receptis regibus multo-
 rum sanguine / rapinis / urbiū / nationū / regnorūq̄ excidia Asia in Romano re-
 uitutē peruenit: qui quō / quo iure / qua iusticia / qua cōtinētia p̄p̄os gubernarūt
 Cicero noster haud dubius est testis. Questus enī sepiissime de auaricia atq̄ iniu-
 rijs magistratū: plures ait sociorū urbes Romanorū militū hybernīs / q̄ hostiam
 armis esse deletas. Asiam certe & omēs sibi subditos seruitute iniquissima oppres-
 runt: q̄ re nil calamitosius esse potest. Quid referā Ponti regem Mitridatem: qui
 q̄draginta ferme annis cum Romanis bellū gessit: tandem victum supatumq̄: la-
 queo vitam finisse. Quid Antiochū potentissimū Asiē regem acie superatū: acco-
 ptis victorij arbitrio pacis cōditionibus maiori ex pte regni possessione cessisse.
 Quid recenseam Tamburlanū (ita cognoscebat) ex Scythia cum innumera fera-
 rum gentium barbarie profectū / transito Eufrate Asiam omnē depopulatū: De-
 maseū Syriē urbem nobilissimā ab se captam spoliassē. Cesariē / Sebastiamq̄ des-
 lesse. Smirnā vi cepisse: inde in Scythiam reuersum / ex prēda abducta urbem nobi-
 lem edificasse. Ab eodem rex Teucrorū: qui magnē parti Asiē imperabat: aacie

Alexandri
 successores

Romani

Cicero

Mitridates

Tamburla-
 nus

superatus captusque est: multa furorū cede: quem ille cauea more beluē inclusum / in
 spectaculum fortunę per uniuersam ferme Asiam circūduxit. Prętereo innume-
 ras gręcorū / urbes egregiasque uniuersum litus Asię occupant funditus euer-
 sas. Armeniorū / Medorum / Ponti / Perfarum / Assyriorū / Lidorū / cęterarū Asię res
 gna extincta / penitus in paucorū ditionem puenere. Ita non solum ciuitatum / sed
 regnorū quoque strages maxima facta est: quod p̄cipuum argumentū esse dinosci-
 tur nostrę infelicitatis. Omnia profecto humana quantūuis ampla / ac magnifica
 sunt fatum fortūunt: ut nil perpetuū in nostris operibus repiri possit. Quis unquę
 opinatus esset ex illorū temporū uinis / Babylonem urbem tam p̄claram tanto las-
 bore / tanta impensa / tot hoīm milibus edificatam / uillo unquę tpe penturam. Multa
 referunt de murorū ambitu: qui quinque & q̄draginta fere miliaria cōplectabatur.
 Multa de murorū amplitudine / latiori multo quę qua duo simul currus ducerent.
 Altitudinem quinque & quinquaginta cubitorū fuisse ferunt. Turres ducentas & quinquagin-
 ta: quę latitudine atque altitudine moenū magnificentiā equarent. Cum per urbis
 medium Eufrates flueret / urbem ponte quinque stadiorū longitudinis mirō opere
 iunxit. Arces p̄terea duras ab utraq; pontis parte cōstructas: quarū altera septem /
 altera trium miliarum passuū ambitus erat adiecit. Hanc urbem uno annō edifica-
 tam tradunt: trecentis milibus hoīm ad id opus electis: ac singulis stadiis uno cō-
 fectis die. Additus est & hortus p̄silis / opus inter septem miracula orbis enume-
 ratum. Tantę moēs / tantę rerū diuersarū magnitudinis parca uestigia susp̄sum:
 tam p̄clare urbis nomie in ea regione oblitterato. Innumeris fere egregijs urbibus
 Asia insignis erat: quarū hodie nulla extat memoria: nomē aliquibus in locis ur-
 bium remansit. Non recensēbo bella innumera per Romanos principes in diuer-
 sis Asię nationibus mota. Pauci enim fuerunt: qui nō aut a diuersis Assyrijs / aut
 Persas / Scythas / aut Parthos armis uariā fortuna pugnant: multū victores / plu-
 res uicti reperunt. Traianus certe Armenios / Persas / Scythas / Parthosque suprauit:
 ademptis regibus omnia regna in prouinciās redegit. Anrea M. Crassus Parthis
 intulit bellum: uerum fraude captus & occisus est. M. Antonius iterum eos cum
 ualido exercitū lacessiuit: sed summa cum ignominia abire rerum inopia cōpul-
 sus est. Ventidius Bassus postmodū Parthiam ingressus / illos cōmissa acie super-
 tauit: uastauit agros: egitque ut pacem postea ab Augusto postularēt. Quę omnia
 eo spectant: ut palam sit / temp̄ Asiam magna in miseria uersatā. Pręter hęc urbis
 nouissimę Hierosolimanę desolatōem ac ualiditatem: quoniā nouissima res est: tem-
 pli quoque magnificentiā om̄ que unquę fuerunt in ruina: quoniā iudeorū culpa
 tanta calamitas cōtra cta est. Verte te nūc ad oppositā Gręciam: & antiquos eius
 annales reuolue: nullam gentem profecto reperies om̄ calamitatū erumnarūque
 uberiorē. Tragędię certe om̄es quę Gręci scriptas reliquerūt / furorū temporū
 miseras cōtinent. Nūc p̄terea aut ab externis / aut domesticis bellis cessarunt.
 Hoc uere uideo dictū: eam genē reliquarū om̄niū miseriam excessisse. Con-
 sidera illius quondā urbes potentissimas Lacedęmonem / Athenas Gręcię lumi-
 na: Thebas / Argos / Micenas: reliquasque p̄claras maritimas urbes / aut deletas / fun-
 ditus: aut in parua oppidula redactas. Inspice terrestres ciuitates p̄multas nobiles
 olim nunc in puluere uersas. Cōsidera p̄p̄osissimas quondā prouinciās: Thessalia-
 m: Achaiam: Boetiam: Euboiā: Arcadiam: Ioniā: Pelopōnesum terras nunc
 a paucis incolis cultas: desertas urbibus: quarum hodie aut nulla / aut parua appa-
 rent uestigia humanę miserię testes: cum constet splendidissimas in illis ciuitates
 exiuisse. Considera insulas p̄t̄rimas p̄p̄osissimas quondā: nunc desertas atque de-
 stitutas. Sed quid ego urbibus deplorandis imoror: Macedonū atque Epirotarum
 regna: quorum multa infelicitatis extant exempla ceciderūt. Legimus Alexan-
 drum Phereum / cum ex Epiro in Brucos trāsisset / Romanos bello appetiturū

Babylon
 urbs max
 ma.

Traianus
 M. Crassus

Ventidius

Gręcię des
 uastatio.



Pyrrhus: apud Acheronta flumen: transsolum lancea occubuisse. Pyrrhum quoque Epitaphiarum regem cum bellum transectus mare Romanis intulisset: victum ab eis fuisse Italia. Deinde in oppugnatione Argos tegula percussum interisse. Persem Macedonię regem nostris bello a Romanis superatum: captumque Pauli Aemilij triumphum vincens cathenis aureis decorasse. Quod si tanta plurimorum regum infelicitas fuit: quid de ceteris extimandum: quorum quisque suo premitur casu. Quid de vulgo iudicandum: in quo fortunam vim suam exercere sapientes censent. Omnes graecis finitimę nationes regibus suis carent. Sarmate/ Thrace/ Hircani regno priuati in tyrannorum ditione cessere. Scythę qui in Europa sunt quos Tartaros vocant: diuisis imperijs cōtinuis inuicem armis bellantur: vagis stabiles/ Imperatores sepius mutantes. Mesi/ Vngari/ Poloni/ Rutheni: ceteręque finitimę ad Septentrionem gentes semper inquietas ab armis fuisse legimus: & aut alijs intulisse bellum: aut inter se discedisse. Germania omnis semper varijs tempestatibus iactata est: & vel proximos armis lacellitur: vel suo decertat. Magna pars eius a Romanis haud paruis calamitatibus subacta: ab Vngaris post modum sepius populata est. Dacie/ Suecie/ Noruegie/ Gothorū regna & ante semper/ & nunc quoque aliquando ab uno/ quandoque a pluribus regibus sunt possessa. Neque regnorū hę mutationes absque humano sanguine & regionum delatione contigere. Germanis est cōtermina Rheno interfluente Gallia: haud quę et ipsa paruas aut breues perplexa calamitates. Nam vt p̄iora relinquamus: cula: de quibus magis fabulosa quę vera tradi possunt: ea tamen simili posterioribus temporibus fortuna exagitatam credimus. C. Caesar octo annos/ multo sanguine/ varia clade/ lamentabili plurimarum urbium ruina/ prouinciarū vastitate/ variarum gentium cęde afflictam: tandem Romano Imperio parere coegit. Libidini postea seuiticę diuersorum Imperatorum paruit. Post Constantini Imperij labentibus Romanis culpa principantium viribus: cum sepius Galli ob avaritiam crudelitatemque Ducum/ qui illis preerant defecissent: variamque fortunam experiti/ magnis cladibus essent debilitati: occasionem exteris nationibus ad se invicem occupandamque prebuerunt. Primum Franci gens barbara (e Sicilia ut ferunt egressi) cum Theodosij Archidicę Imperio in Germanię oppidis iuncta Rhenum confedisissent: postea ratibus transiecto flumine/ cum Quintio & Heracleo Romanorum ducibus apud Treuerim congressi: superiores certamine deesterto exercitu Duces interficiunt. Vrbem captam diripiunt atque incendunt anno domini ducentesimo octuagesimo sexto. Huius urbis ruine Coloniam Agrippinam adijciunt. Deinceps in interiorem Galliam profecti: Parisius/ Senones/ Carnuntum reliquasque urbes atque oram omnem que ab eis Francia est appellata occuparunt. Vandalosque his Galliam populantes magna cęde attriuerunt. Post hos Alemanni a Germanis oriundi/ eum omnem tractum armis sibi vendicauerunt/ iuxta quem flumen fluit/ haud multum inde remoti. Cuius ab ostio ad Alpes usque suum nomen protenderunt: ab eis est Alemannia appellata. Cum his Clodeueus Francorum rex congressus: cum inferior esset viribus: voto suscepto se Christiano fore si vicisset/ Alemannos superauit: votumque cum tota sua gente operam Remigij episcopi viri sanctissimi persoluit. Aquitania insuper ab Theodosio Gothis cōcessa est. Superuicere Burgundiones gens bello aspera a Septentrionali plaga progressamque portionem Gallię possidere/ quam hodie quoque Burgundiam dicunt. Hi rege sibi constituto/ magnam Gallię partem lacessentes bello/ sepius cum finitimis acie dimicauerunt. Tandem ab Imperatoribus Othone primo & Conrado superati/ post centum triginta quibus regnarunt annos/ in eorum ditionem cessere. Northmanni postremo a boreali regione/ quam Northum appellat

tant egressi varijs in locis Gallias populati sunt. Hi primum Dorestano iuxta Mos-
 se ostia emporio nobili deleto: per Ligerim fluvium Galliam aggressi: plures ur-
 bes in quibus Nannetes/Andegavis/Turonis: pluresq; alie feruntur: vi capiunt: spo-
 liantq; Lotharij Imperatoris tempore Anno domini octingentesimo tricesimo se-
 ptimo. Inde domum regressi paulo post maiori manu redeunt: perq; ostium Ses-
 quane rursus Galliam vastantes: eam sibi partem armis verlicauerunt: quae nunc
 ab eis ducto noie Normania vocatur: Rothomagūq; regni caput sibi constituit
 unt. Vbi cum regnassent diutius vicinis regionibus infesti: Francorū tandem vir-
 tute subacti sunt: atq; eorū regno additi. Vltimi Britones insula Britannia ob in-
 festina bella pulsi: eam Gallie maritimā oram petiere: in qua Veneti erant: po-
 sellamq; a priori patria Britanniam dicitur. Haec tanta varietatis in Gallis
 am inundatio quantam eius cladem ac vastitatem secum importasse putandum
 est: Maximam profecto: atq; eam quae exemplo ingentis miserie nostrae conditio-
 nis testis esse possit. Sed neq; post Francorū stabilitū Imperium a Barbarorū
 concursionibus & bellis tuta Gallia fuit. Nam post Imperium in Germanos trans-
 lanam/Vngari bis Germaniam ac Galliam populati: non absq; multorum homi-
 num nece ac calamitatibus abierunt. Reges quoq; ipsi Francorū multis finitimo-
 rum bellis exagitati sunt. Secuta sunt iam annos ultra trecentos inter Galliae ac
 Anglie reges bella continua: ex quibus quantum sit sanguinis multis prelijs effu-
 sum etas tum superiorum tum nostra prospexit. Adde his bella plusq; civilia: quae
 nouiter exorta inter Gallie principes: factione pestifera pluribus annis viguisse/
 paulo ante perpeximus. Nullum certe abfuit ab eis calamitatis/aut crudelitatis
 genus. Quae res aperte ostendunt: ea maxime natione conditionis humane mi-
 seriam fuisse euagatam. Quid de Britannie insula dicemus: Nonne & ipsam varijs
 tempestatum iacturis longo tempore concussam legimus: & extrema pene
 excidia perpessam. Mito ea tempora quibus Romanis paruit: nō absq; magna
 dade libertate amissa: cunctis sepius ab Imperatoribus desuisset/multo cum san-
 guine defectio castigata est. Excusso autem penitus Romanorum iugo: varijsq;
 inter eos exortibus regibus cum mutua cede ac urbiū vastitate sequebant: Angli
 tandem noua ab Germania gens profecti: in insulam transgressi: cum vnus fas-
 ctionis tutelam suscepissent: victis postmodum pariter & victoribus imperarūt.
 Ex quo amisso priori nomine in Anglorum nomen ditionemq; insula bis coe-
 lit. Neq; tamen post intestinis dissensionibus caruit. Nam & paulo supra treces-
 tesimum annum moto inter eos bello: dux Normanie Guilelmus ab altera factis-
 one vocatus/regno potitus est: & nostra aetate/mutatione/cedeq; regum & prin-
 cipum plurimū sanguinis spatum fuisse notimus. Nunc ad Hispanias: quae haud
 parua Europae portio est digrediamur. Omitto antiquas miserias / quas a tyrannicis
 prius temporibus passa est. Diomedem ab Hercule matatum tradunt fabu-
 le: quos humanis carnibus nutriendem. Transse Titanas & omnes superiorum
 temporum tyrannos. Posteaq; Carthaginenses Romanisq; regnare atq; impera-
 re ceperant: amborum facta preda multis saeculis continua bellorum strage de-
 bilitata: tandem armis subacta Romanis diutius paruit: a quibus solita auaricia
 atq; libidine tractatos extimandum est. Labete Romano imperio/Vandali gens
 Alarico duce Hispanias depopulati sunt. Gothi postmodum Roma capta ac spoli-
 ata cum in Aphricam transissent/in Hispaniam exinde trañcientes/annos in ea cir-
 citer ducentos sexaginta regnarunt. In ditionem postea peruenit Maunitano-
 rum: qui eam usq; ad Caroli magni tempus tenuere: varia usq; in omne genus
 crudelitate. His Carolus bello superatis / prouinciam a Barbarorum seruitute

Britannia.

Gothi.

liberatis. Ab Aphris postmodum maior eius pars oppressa est. Hodie quodam
Mauri partem maritimam tenent / Regnum Granatae nouo nomine appellatam.
Ea quoque ora omnis / qua Arogonia & Valentia dicitur / paulominus du-
centis annis a Barbaris recuperata est. Et item belears insule; que illorum ditio-
nis erant facte. Siquidem eas regiones a Barbaris fuisse possessas / id est praecipue
que maritima omnis ora a Mauris inuoluitur: qui in sua perfidia perseverantes tributa
regibus Christianis persolunt. Harum tot tantarumque mutationum varietates haud
dubiam cōiecturam praebent: Hispanos omnes nuncque vite miseria vacasse. Transle-
mus ad oppositam Africam si libet: & qua felicitate diuersis dominis pariter
persecutemur. Eius magna pars Libya Aethiopiae finitima continetur. Aphri de
inde Numide / Getuli / Mauritani / Mesuli: que provincie diuersis quondam regibus
paruerunt: ab his omnibus plus quam barbarica tyrannide oppressi fuere populi. Ale-
norum enim appetitu continuis in bellis ob regum aliena appetentium libidinem versati
sunt. Primum Gorgonum gentem tradunt in Africa regnantem / a Perseo Iouis filio
victam. Ab his descenderunt Amaones libycae armis assueti: que non solum Aphri-
cae infestae fuerunt. sed in Asiam transeuntes / magnam illius partem sunt depopu-
lati. In Africa vero plures sibi subigere nationes. Atlantides ab eis cum pluri-
bus imperare urbibus usque ad pubertatem interfectis destruxere: crudelius quam par-
erat ad terrendos finitimos victoria usque. Cum his constituta pace / regina earum
Mirrhina exercitu triginta milium perditum / duorum milium equitum sulam / a d gene-
tes propinquas arma vertit: quibus acie superatis usque ad Herculis aduentum / a
quo regnum eorum deletum est / in Libya regnarunt. Titanas antea Dionysius
omnes vicerat. Reliquae Africae provinciae usque ad Carthaginensium tempora regibus
Carthaginensibus / qui & ipsi bella inuicem excitabant parere. Secutum est deinceps Imperium
Carthaginense: quod non absque multorum calamitate comparatum est. At huius termi-
nis Africae non contenti / Hispaniam multis miseris affecerunt: arma in Siciliam ac
Sardiniam verterunt. & ubique incerto Marte mutuaque pernicie bellatum. Secuta
sunt deinceps primum / secundum / ac tertium cum Romanis bella grauissima: in quibus
quantum fuerit sanguinis humani effusum mirabile videtur dictum. Ea certe bella
non solum Carthaginis / sed totius Africae ruinam secum traxere. Qua dragin-
ta ferme annis Carthago cum Romanis terra marisque certauit. tandem subacta / ca-
pta / incensa / euersa est: quo nil crudelius excogitari potuit: quam urbem tam magnis
cam / tam potentem / tantis rebus gestis scelaram / spoliatam / deletam / euersam / nihil
lum maximarum miseriarum genus effugisse. Viginti duo milia passuum urbem
ambitu complexam tradunt: duo milia arcis muros. Decem & septem diebus uni-
uersae urbis aedificia ignis absumpsit: maximum documentum humane calamitatis.
Tot tamque aspera bella: quibus magna cum suorum strage succubuerunt: tot tan-
torumque tum principum / tum exercituum amissio ac trucidatio: tam seurus urbis
a deo magnifice interitus: tot aedificiorum conflagratio: tot milium hominum flebilis
seruitus: nonne instabiles fortunae opes / fragilem atque imbecillam humane sortis
conditionem / miseram vite nostrae rationem ostendunt: a demoneque nihil tutum in hoc vi-
uendi curriculo a calamitatibus esse posse. Adhuc his regis Syphacis captiuitate
victus enim proelio in Scipionis potestate cum deuenisset: Romam cum reliquis captiuis
missus / Tibure defunctus est. Post obitum Masiuissae regis Numidiae / Iugurtha do-
lo & fraude regnauit: ac ipse bello victus / cum viuis in ditionem Marii ductus / vin-
ctus ante triumphantis currum processit: pauloque post e saxo tarpeio deiectus obiit. Re-
stitutata postmodum Tiberij Gracchi decreto Carthago est: & colonia eo missa. Non
tamen eam urbem provinciamque pace diutius licuit frui. Antea pompeij / postea
Caesaris bellis ciuilibus lacerata est. Secuti sunt Vandali Gothique: a quibus longo
tempore possessa Carthago: demum a Bellisario liberatam legimus. Varijs deinde

Amaones.

Carthagi-
nensesCarthago
deleta.

Iugurtha

Carthago
reparata.

affata molestijs / iterum Barbarorū qui Saraceni dicuntur / crudelitate deleta ac
 prostrata a deo fuit: ut pauca eius vestigia supersint. Non est omittenda Cypri
 opulentissimi quondā regni vastitas deslenda: quā paulo ante trigelimum annū sci
 mas contigit. Clavis regis Aegyptij / quem Soldanū vocant: eam insulā inuasit
 occurrente ex improviso regem capiunt. Nicosiam urbem regni caput / oēmque in
 sulam p̄ter pauca munita oppida spoliant: p̄cedam regemque in Aegyptum aspor
 tant. Rex pactus dare tributū quotānis: in insulam desertā / ipe oīm rerū inops res
 uersus est. Graues admodū defendiq; vident: quos ceterarū genū atq; urbium
 retuli casus fortunę sequit̄a isignes. Verum in urbis Romę Italicę ruinis asperius
 crassata / illius asperitas videt̄: quas ego tanq; in extrema acie referuati: ut non sit
 mirandū: eas prouincias que Vrbi paterunt collapsas ac p̄stratas fuisse: cum re
 ginam orbis Romā / & genū impatricem Italiam tam sede laceratā ac vexatā cō
 cernant. Italiā ante urbem corditā fuisse semp̄ tum ab externo / tum a domestico
 inquietā legimus. Plures eius maritimas oras & mediterraneas gręce nationes oc
 cuparunt. A sup̄o mari Mantua / Patauū / Ancona ab externis conditę: qui & ipi
 Troiana stirpe oriundi erant. Ab infero Luna / Pise / Populonia / Cuma / Neapos
 lis / Tarentū / et oīm tractus maritimus: qui ad Gręciam vergit gręcorū urbes esse
 dicunt. Saturnus antea ad Italiam fugiens / primus ea loca tenuit / ubi nunc mons
 est Capitolinus. Post hunc Euāder palatium edificauit: ibiq; cōstituit regni opes.
 Postmodū Aeneas p̄ Latū nauibus delatus / nō absq; bello: qd̄ Turnus mltō san
 guine excitauit: Lauiniū sibi sedem / cōcedente latino rege / delegit. Latū / Arcades
 & Pelasgi inhabitant: quibus Vmbri suis sedibus exacti sunt. Agilla quoq; urbs
 a Pelasgi / & Cora a Dardano Troiano cōditę. Etrusci usq; ad Alpes Imperiū p̄
 tenderunt: oīmibus his locis subactis / que postea Cisalpina gallia vocitata est. Te
 nuerunt quoq; oēm eam regionē / que ad sup̄um mare protendit: edificata in litto
 re maris urbe quam Adriam dixerunt: quā & mare nomē traxit. Transcenderūt
 postea sup̄atis Alpibus in Italiam septius Galli / Senones / Insubres / Boi: qui pulsati
 Etruscis / oīmibus regionibus in qbus nunc Lombardia est / usq; Ariminū arma pene
 trarūt. Secuta est Roma urbs a Romulo cōdita: que flagellū nō solū Italię sed toti
 us orbis venisime dici pōt. Nā dum imperiū amplificare cupit / & vicinos quosq;
 subigere: infinitarū urbium ruina / & multarū puinciarū vastitate / plurimarū gen
 tium pernicio in tantā molem Imperij deuenit: ut suo pondere rueret sit cocta. Sed
 dum Romani sibi vicinos subdere conant: ab externo hoste appetiti / magnis clas
 dibus extremū declinauerūt fortunā. Antea Galli: tum Pyrrhus multum Itali san
 guinis duobus prelijs effuderūt. Tum maxime Hānibal q̄tuordecim annis Itas
 ię atq; Vrbi viribus attritis / pluribusq; urbib; captis ac deletis: vastitas Italię ap
 pellari potest. Supuenerunt deinde Cymbri / & ipi magna Romanorū militū cede in
 Italiam profecti: quibus nisi virtus Marij obstetisset / actum de Imperio Romano
 fuisset. Sociale deinde & feruile bella sunt excitata: nec nisi magnis sedata cladi
 bus & plurimū urbium ruina. Verum plures Vrbi q̄ Italię tempestates fuisse vis
 dent. Nuncq; em̄ a priuatis dissensionibus / nuncq; ab intestinis certaminibus / nūq;
 a domesticis contētionibus / nuncq; aut externis / aut ciuilibus quieuit bellis. Dum
 regibus paruit / adeo illis virtus ciuū infensa erat: ut Brutus animi magnitudinē
 stulticie simulatione tegere cogere. Libertate parua / nos̄is plebis secessionem:
 nos̄is eius & patrum diutina certamina: nos̄is seditiones tribunorum / ac inter
 eos & patres usq; ad cēdem dissensiones: nos̄is & optimorum / & bene de repu
 meritorū ciuū exilia: ut semper vexatam tum a bellis / tum a domesticis cōten
 tionibus Urbem fuisse constet. Quid enarrem in Italia / Hispania / Gallia / Germa
 nia / Asia / Africa / Europa / Gręcia duces Romanorū supatos: exercitus: fugatos
 ac cęlos truncatos Impatores: sanguinē per orbē sparsū: varia piculorū discrimina:

Cyprus

Italię deseri
ptio.

Saturnus
Eruander
Aeneas.

Romana
clades enu
meratur

ostendit
q̄

ostendit
q̄

quibus semper urbs fuit exposita. Quid recensere infinitas pene urbes iniquo Marte
 absumptas: puincias cultoribus desolatas: deletas nationes: Quid vero loquar de
 bellis civilibus tam seuis: ac nefandis: quibus romana urbs est lacerata: Mirum dictum
 videtur quantum cladem/quantam pestem/quantum incendium in Vrbe/Italia/ toto demum
 ferme orbe terrarum excitavit. Saepius inter ciues armis est certatum cum magna ci-
 uium internitione. Quod luctuosum/et desolandum/et detestabile spectaculum erat: con-
 spicere in foro/in rostris/in curia affixa proscriptione: capita: & hastam illam sub qua
 damnatorum ciuium bona veniebant: Nullum tamen crudelius/nullum execrabilius ter-
 rito bello. quo libertas penitus amissa est: quo tempe quatuor milia ciuium unico edo-
 cto proscripiti vario supplicio perierunt. Quantum eadem tum ciuium tum exterorum
 fuisse putandum est. in Pharsalia: in Africa: Hispania: in ipsa urbe: cum Marij Sylle/
 Carbonis/Cynne crudelitas ciuium sanguine sitiret. Mior Cefaris victoria fuit
 perniciosior triumuirorum/ qui tempus oppellere. Miserrima pfecto illorum tempe
 censenda conditio est: quibus nil iustum/nil equum/nil sanctum nil fidum/nul tutum/nil cuius
 exploratum erat (redudabat enim vndique crudelitas) quo certum vitae sibi terminum con-
 tinerere posset. Verissime testatur si opus esse raro maiorem vastitatem Vrberum atque Ita-
 liam: ille pestilens: et eam quam Hannibal importauit. Testes sunt exercitus ad Tre-
 biam: ad lacum Trasimenum: ad Canas: ad Brucios: multique alij in locis occisi. Testis
 est Capua urbs nobilissima per vim recepta: quae ciuibus partim trucidatis/partim
 diutenditis crudeliter in modum dilaniata est. Testes sunt reliquae aliae urbes permul-
 te: quas eo bello hostilis furor evertit. Nullo unquam antea tempe/ nulla arte adeo
 Italia lacerata est. Secutus est post tot clades Augusti Cefaris principatus: cuius im-
 perio paulum a bellis Italiae quiescit: sed prudentia atque ope id accidisse constat. Subie-
 re deinceps in Imperium plerique non homines/ sed portenta nequissimi ad principum ho-
 minum procreata: Tiberrus: Caligula: Nerones: Vitellij: Domitiani: pluresque praeterea/
 qui tanquam tyranni nequissimi nihil nisi crudele/vastum/inhumanum/detestandum nihil
 nisi de delenda urbe atque Imperio cogitarent: adeoque vires Imperij labefactarent
 flagitij: tum virorum excellentium cede debilitarent/ ut nulla sequentium principum (si
 qui boni dabantur) virtute inflaurari eorum immanitas posset. Ita non Imperatores/
 sed immanes feritate bestiae ad interitum Vrberum/ ad Italiae vastitatem/ ad provinciarum
 omnium perniciem/ ad clarissimorum hominum necem tum modo nati intempe: videbantur:
 quos a sanguine ac pernicie hominum magis fatietas retraxit quam voluntas. Adiciamus
 licet ceteris Vrberum calamitatibus ignis damna: quo ciuitas fere omnis deleta est. In
 cendium prius Nerone impante/ omnia ferme antiqua illa absumpsit edificia: omnem
 pristinum monumentorum decorem: omnia templa subuertit. Ex. xliij. regionibus septem
 solotenus deletis/ trium paucorum rectorum vestigia supersuere: quatuor integris relicta
 quas & ipsas Vespasiani tempe similes incendij labe evertit. Secuta est extrema
 Vrberum & Imperij pestis Constantinus. qui Roma tanquam nouerca relicta/ abiecta
 illius omni cura: mox in Thracia/ ubi Byzantium erat fundauit: qua exierunt
 in Vrberum/ excidium Italiae/ Imperij debilitati occasio data est. Duo pro unico Imp-
 ratores creabantur: cum nequaquam tanta in uno esset virtus/ ut solus maiestatem Imperij
 tueretur. Hinc omnia mala emanarunt: pro uno monstro duo sunt excitata: qui vi-
 ros illustres/ sapientes pace & bello utiles tanquam pessimi carnifices interficere coep-
 erant. Quo factum est: ut fractis Imperij opibus: deficientibus sapientium consiliis: sa-
 cultas daretur Barbaris nationibus ad Italiam transire: utque multae puinciae ad ex-
 cutiendum iugum imperatorum crudelitate ad defectum impellerent. Miserrima pfecto
 fuit & Vrberum & Italiae fortuna: quae tam malis principibus: non Italis/ sed semibarbaris
 tantis tyrannis parere cogentur. Deserere videntur milites quos recuti superiores ip-
 sam calamitates: sed crudeliores multo atque acerbiores quam sunt postmodum secute. Nam centum
 ferme annis Vrbs romana quiescit a Barbaris nationibus capta ac direpta est: mag-

Hannibal

Augustus
CesarIncendia Ro-
mae.

Constantinus

na cum totius Italiae ruina. A Gothis / qui per Pannoniam Honorij tempe in Italia
 descenderunt / primū Alarico / deinde paucis post annis Astulpho / qui ei successerunt
 rat Ducibus capti / spoliati / direpti / fuisse constat. Hunni postea Genserico duce
 ex Africa (quo ex Hispania traiecerat) nauibus in Italiam adducti / Romam occu-
 pant / spoliant / annos ferme quadraginta post Urbem ab Africo antea captā.
 Hic per Campaniam quā cum multa urbium ruina depopulatus est. in Africā cum
 preda reuersus / Eudoxam ante Valentiniani uxore secū duxit. Odoacer deinde
 Thuringos / Hercularū rex Italiae petens / supato apud Ticinū Oreste patris
 cio / Augustulo / ab Impio deiecto / Roma potit. Sed a Theoderico rege Gotho
 rum / xi. postea quā Italia Urbemque ingressus erat anno apud Rauēnam interfectus
 causam p̄buit Gothorū ducibus / qui sibi Rauēne sedem regni cōstituerant / Italiam
 vastandi. Totila postmodū rex horū oīm crudelissimus / suos reliquos in unū co-
 actis / post multarū urbium cladem / in quis nram hanc ciuitatē fuisse tradunt. Urbē
 ab se obsessam ac fame ad deditionē cōpulsam truculentius quā ceteri diripiens /
 muros erexit / domos incēdit / captiuos abduxit / tanta usque crudelitate / ut Roma
 40. dies absque habitatore uelto pmaneret / feris tū & bellis habitaculū facta. Inde
 paulo post ad Urbem reuersus mitiori animo impauit urbi / adeo multis calamita-
 tatum tēp estibus debilitatē / ut nihil p̄ter nomen pristinae imaginis teneret. Dein
 cepit tam Gothorū regibus aliquā diu paritatem varijs Imperatoribus ac tyrānis
 quorū libidini expōset / non solū imperiū amisit / sed vix se alienis viribus sustētat.
 His Urbis Italiaeque vastitatibus Longobardorum inundatio accessit / gentis Barbarae
 ac ferocis / quae magne Italiae portioni dēata est. Oē quippe Cisalpinę galliē regis
 onem / quę nūc Lombardia est ab eis cognouita / oēmque superi manis ferme tractū
 ab Rauēna Beneuentū usque tenuere. Ducentos paulo amplius annos in Italia re-
 gnarunt / Romanis & summis pōnificibus multorū cum p̄nicie infesti. Quo ac-
 cidit / ad cōprimēdas eorū iniurias / tum Pipinus / tū Carolus (qui postea est Im-
 perator factus) in Italiam acciti / deuictō Desiderio eam a Longobardorū seruitute
 liberarent. Maurorū quoque multitudo ingens & antea & paulo post Italiam iam
 debilitatā inuasit / Beneuentū ac Niceriam / pluresque vicinas urbes ab eis vi captas
 diutius tenuere. Inter ea Portuensi ciuitate romanū agrum sepissime incurstantes /
 Basilicā sancti Petri oibus spoliarūt ornamentis. Quare p̄motus tertius Leo pon-
 tificis / vaticani muro cūxit. quo tutior esset locus a Barbarorum incurſu. Neque ta-
 men deuictis Lōgobardis / aut Mauris expulsis quies Italiae data est / aut Urbis pa-
 ce fruī licuit. Nam post imperiū Carolo demandatū / pars grecis Imperatoribus / ps
 successoribus Caroli parebat / quia ex re dissensionēs ac bella tum in Vrbe / tū alijs
 in locis exoriebant. Plures in Italia tyranni / reges / Imperatores deinceps fuerunt /
 a quibus semper vexata atque exinanita est. Ea parte Italiae / quam hodie regnū Ne-
 apolitānum appellant / bello intestino fessa / altera factio viribus inferior auxi-
 lium a Roberto ac Ricardo Normannorū ducibus / qui eo cum pluribus sue gens
 tis militibus ante millesimū & trecentisimū annum transfuerant petiuit. Cum di-
 uitius inter eos bella vigerent / qui Normannis successerunt Duces per aliorū ca-
 lamitates suas opes adeo armis auxerunt / ut postea Rogērius per Anadētū pon-
 tificem duobus de regno certantibus rex sit factus. Id regnū postea bello sepi-
 sine appetitum / & ad nostram usque aetatem diuersę gentis reges in eo haud par-
 uo certamine regnarunt. Finitimę regno prouincię / quę in diuisione Romanę eccle-
 się concesserunt / quia fruunt quiete / ipsi ut de superiorū temporū conditione si lea-
 conspeximus. Etrusci si frequentibus inter se bellis haecenus pugnarunt. Nulla cis
 uitas Etrusca est / quam non domesticę exagitauerunt factiones / quoad hanc nos-
 tra urbs magna illius parte potita est. Sed usque ad hoc tēp appellare possimus
 prouinciā inquietam. nuncquē em post trecentisimū annum contigit / ut non aliqua

Gothi

Hunni

Odoacer

Totila

Lōgobardi

Pipinus.
Carolus.

Leo papa

Etrusca prouincia inquietam.

- Ianua** eius ciuitas/vel domestico/vel externo bello laboraret. Ianua Ligurum urbis hodie mari plurimū potens/paulō supra quingentesimū annum dalle Maurorū capta/populata/atq; euerfa est. Lombardie (que ita dicitur) urbes. tum imperatorum tum tyrannorū quibus subditę fuerunt longo tempe sequita sunt afflicte: ut delitiosam fame ad deditiōē compulsi: in qua incensis te ctis/ dirutis edificijs/ ciuitibus captis eius sequita debacchata est. tante vastitati Papie/Placentięq; addidit ruinam. Nonnullę p̄terea ab Impatoribus obsesse capteq; ciuitates diuersis malis cōsuetate sunt: pauca eius gentis loca vel Imperatorū/vel tyrannorū/ qui sua quisq; oppida per vim ceperat vitare potuit crudelitate. Acolinus Romanus vir oim crudelitatis: cum paulū supra centesimū annū Patarij tyranidem occupasset: ad undecim milia ciues in unum locū sub specie cōcilij coactos cōbulsit igni. Tandem urbem dudū bello fatigatam/una cum eius principe Francisco comes virtutū cepit pauloq; post eodem noie filius cum recuperasset: non multos post annos Veneti longa obsidione sessam receperūt. Dedit eam Franciscus Dux (qui Venetia cōstitutus filijs deductus in carcere postmodū strangulati sunt) non parū vestigijs sit fortune fides. Nulla fere Cisalpinę gallię ciuitas/aut barbarorū/aut Italorū obsidione dirēptionēq; effugit. Patarij/Verona/Brixia/Mediolanū/Ticinū/Cremona/Parma/Placentia/Muina: relique quoq; eius prouincię urbes suis fatum experere frequentes subiere calamitates. Nos ipsi hoc nostro saeculo quotiens Italiam bellis flagrante vidimus: Quot ciuitates tum hostili rabie/tum domesticis factionib; absumptas: Possem referre bella que inter nos/ & vicēcomitū Franciam iam annos nonaginta/ in quibus omis ferme Italia comprehensa est/ vigerunt nisi longa futura esset historia. Quid loquar de Sicilia: que portio Italię habet: in eam ullam urbis parte crudeliores tyranos exptam. Ap̄to p̄terea est undiq; mari & oim cupiditatib; exposita: ut omes in eam pyrate impetū faciant. A Grecis/ a Carthaginensib;/ a Romanis possessa/ diruta/ ac lacerata est: & infinitis pene calamitatibus cōfecta: ut miserima illius cōditio omī tempe fuisse videat. Possem insuper ceterarū nationū recedere & domi & foris arma multorū sanguine excitata. Quid crudelius bello ciuili: quod inter Gallicos dudū magna cum pernīcie & hoim & urbium est exortū: Possem his adijcere regni Bohemorū partitūq; p̄pinq; de flendam multorū strage hominū calamitate. sed vereor ne hac ipsa que retuli acridendi vobis attulerint satietatē. Hoc unū dixisse sat erit nullā unq; atatem/ nullam orbis p̄tem/ nullam gentem a miseria fuisse intactā: sed cōtinuis subiectam calamitatib; extitisse. Hic Mattheus: p̄termissa sunt a te inquit Poggi grauiora ac perniciosiora/ ut mihi qdem videat/ damna malacq; gbus terrarū orbis est cōsuetatus in quibus maxima clades continet. Quenam sunt ista grauiora inq; a me omittat. Tum Mattheus: Pestilentię inquit/ fames/ terremotus: quib; plurimę maximęq; ciuitates euerse sunt: & ingens strages hoim cōsecuta. Nam ut ea paucis a me recenseant: quid crudelius/ qd miserius dici aut excogitari potest terremotib; quib; diuersis tempibus varijs in locis urbes fuisse legimus/ p̄stratas. Aliquibus annis quieuita bellis Asia a tpe Mithridatis: At interim a deo quasiata est terremotibus regnū eius: vt plures urbes & centū viginti hoim milia perisse dicant. Augusti tēpore Trallis in Asia/ in Cypro plures urbes motu terre cōciderunt. Impante Tibero tredecim Asię ciuitates (in quib; Apollonia/ Ephesus/ Magnesia/ Sardis/ Celsarea/ Philadelphia/ Ostene/ Gedhero/ Tmolus/ Tenus/ Cyme/ Mirona/ Diabira/ ma) simili motu sunt absumptę. Bitynia quoq; in Saluatoris passione concussa. Sub Neronis impio Laodicia/ Hierapolim/ Colassem motus sūis/ p̄stravit. Tres insup Vespasiani principatus urbes euerfas cōspexit. Eadem clade sub Traiano quattuor urbes periere: Elea/ Mireā/ Cyme/ Pytane: & Antiochia subuersa: Hic

driani quoque etas terremotus damna sensit in Caesaree ac Nicopolis ruina. M. pre-
 terea Antonini imperium suis claudibus fuit insigne. Nam & Smirna urbs concis-
 dit: & in Tyro ac Sidone ex edificiorum collapsu multa hominum milia tum debilita-
 ta, tum extincta sunt. Quod idem contigit imperante Constantio Constantini fis-
 lio in multis Asiæ urbibus: in quibus horribili motu terre plura hominum milia inter-
 fuerunt. Hanc cladem Nicomedia funditus eversa secuta est: vicinis quoque urbibus
 magna ex parte collapsis. Valentiano ac Valente regnantibus terramotu per
 uniuersum orbem facto: mare litus egressum / Sicilię multarumque insularum urbes cum
 innumerabili populo oppressit: Nicaea quoque denuo penitus eversa. Archadij Hono-
 rijque aetate plurimas Europe regiones motus terre quassauit: ac maiorem murore
 ac tumum urbis partem plurimamque edificia tum publica / tum priuata euerit. Et
 quonia Europe mentione fecimus: ipsa sua damna passa est. Nam in Peloponneso
 Socratis & Platonis tēpe Elicem & Buram urbes Euboiae maritimas cum habi-
 tatoribus terre hiatus absorbit: & ubi antea urbes erant / nunc mare nauigijs per-
 uitium factum. Et Amyclę a serpentibus deletę. Opundorum insuper / ac Noricorum
 tresque praeterea Galatarum urbes sub Traiano motu terre dirutę. Simili peste Dir-
 rachium est collapsum. & plures Campanię urbes euerse. Vbi pontine fuerat palus
 des plures fuisse urbes tradunt. Rauenta his adijcienda est: quam maiori ex par-
 te prolapsam ferunt. Dicitur est a te antea diluuisia magnam partem maritimę
 Graecę vastasse: sed & Bitynię quoque oppida cōplura ob continuam pluuiam aquarum
 inundatione dissoluta ac collapsa sunt. Adijci tot tantisque calamitatibus possunt pes-
 tes & fames: quibus multi mortales periere. Urbem certe Romam cum a Totila
 obsideret / adeo oppressit: ut multi natorum corpora mandere cogerent. Quod idem
 in obsidione Hierosolymę contigisse Eusebius auctor est: tanta enim fames in ciui-
 tate viguit: ut mulier infantem filium igni adsumendum sit reperta. Multa cer-
 te milia hominum in ea perisse fame legimus. Pests etiam Heraclij ut opinor tempe
 adeo percrebuit: ut multis diebus ultra decem milia hominum interirent: adeoque vis
 morbi grauis fuerit: ut plures velato capite se in Tyberim projicerent. Sed quid an-
 tiquiora narro: Nup cum rex Anglię Rothomagum Gallię urbem obsideret: tres
 decim milia hominum paucis diebus fames absorpsit. Idemque pluribus ciuitatibus
 propter obsidionem legimus accidisse. Nullo modo singularium urbium percurram
 calamitates. Refert Plinius tres & quinquaginta populos antiquo in Latio dele-
 tos: quorum nulla extat memoria. Similes & his maiores multo clades reliquas or-
 bis partes prope latus iudicandum est: quae quonia litarum luce caruerunt in obscuro la-
 tent: quę recensui scriptorum monumeta clariora reddiderunt. Vbique enim terrarum coele-
 stia vires suas ostendunt. Nulleque ob eam causam regiones terre motus / pestilens
 tias / famem / bella / seditiones subterfugere valuerunt: quo patet totius orbis cala-
 mitosam vitam fuisse: & hac communi miseria omnem esse comprehensam humani
 generis societatem. Quae cum dixisset: Tum ego: intelligis inquam Cosme quantis
 incommodis / quantis periculis / quantis fortune incursumus / quę asperę acerbeque condi-
 tionis exposita sit mortalium vita: in qua nihil sane tutum / nil securum / nil firmum / nil
 certum a miseria nobis datur. quapropter desipere mihi videntur: qui longam etatem /
 longam vite curriculum / opes / diuitias / dignitates tantope expectant: & votis oibus ex-
 polcunt: ipsi sibi foueant in qua incidant praeparantes. Tum Cosmus. Non resicio inquit /
 quae a vobis satis diligenter disputata sunt: a me vero antea de viuientium foelicitate
 dicta eo spectarunt: ut elicere opinionem vestram potius / quę ut meam finiam ferrem.
 Video enim ut antiquiora postponat: de quibus satis copiose defersistis: tum Italiam / tum
 huius nre reip. quod memoria teneat: raro ullam quietem aut a bellis nostra etate / aut a
 varijs calamitatibus datam: sed semp eam aut lacessitam appetitamque externis armis:
 aut alios lacessisse: seditionibus quoque domesticis & ciuili discordia saepius laborat

Inundatio
 Bitynię.
 Fames hor-
 ribilis

Pests
 atrox

Plinius.

Poggius.

Cosmus.

DE MISERIA HVMANAE CONDITIONIS.

se: adeo ut multis saeculis non liceret longiore quiete frui. Sed quoniam remedia nos possent ab his vitæ molestiis tutos reddere: Omnibus enim tum animi/tum corporis infirmitatibus: si bonos medicos nacti sumus: cura salutem adhiberi potest. Non est igitur desperandum quin auxilia nostris morbis reperiant: quibus ab incursu fortunæ protegamur. Ea inquam esse/que a virtute petantur necesse est: cetera externa vitæ denique nulloque presidio aduersus temporis iniquitatem sulta. Vera inquit Cosmus sententia videris: & omne subsidium a virtute in rebus humanis assentior esse petendum. Verum consideranti mihi has communes vitæ acerbitates/visum est hæc aduersa ob eam rem euenire mortalibus: ut aliquando nos esse homines meminerimus: hoc est imbecillis/fragilisque nature/ & incerti vitæ cursus: que ex tenuissima re persepe conficiatur: utque a fortunæ bonorum/que caduca sunt cupiditate auersi/ animi & cogitationes nostras conuertamus ad meliora rerum studia: quorum ope consilia rationis secuti/in veram nos libertatem vendicemus. Ea erit: si vitiorum reiecta cõtagione mentem ad suimet cõtemplationem cogitationemque reuocauerimus: si contemptis sensuum delinamentis/ac spreis voluptatibus illecebris/parebimus imperio rationis: si virtutem tanquam ducem nostrorum operum secuti/eius preceptis veluti bene viuendi magister obsequemur. Hæc nos ab omni vitæ molestia/ab omni perturbatione animi auocabit: hæc ab omni tutos reddet infœlicitate. Hæc arma subministrabit: quibus munus contemnemus fortunæ tela. Hæc admonebit opes superfluas cõtemnendas esse: fortuitis bonis utendum non tanquam nostris/ sed ut comodatis: ad que restituenda cum libuerit dantis arbitrio parati sumus. Hæc docebit eadem animi equitate & possidenda illa/ & relinquenda esse. Multa sunt ut nostis excellentium virorum documenta: quibus instruimur ad vitam bene & cum ratione degendam. Hæc preceptrice/ si nostros vitæ actus instituerimus: omnem fortunæ impetum cõtemnemus. Id autem preceptum in promptu est habendum: ut nihil agere conemur ex quo ulla penitendi ratio oriat. Fortunæ munera si adsint/ non esse ramur: si desint/ seuius feramus. Illud multum arbitror nobis profuturum: si cogitauerimus aduersam quoniam nobis dari fortunam: ut cum ea forti animo congressi/ superiores suo certamine euadamus. Non enim in secūdis probatur virtus: sed in aduersis. Vento prospero nulla gubernationis scientia inspicitur: sed in tempestate turbida/ & reflatibus ventis. Non est tam valida fortunæ vis/ ut a forti & constanti viro non superetur. Multi cum illa colluctati victores euaserunt. Animus a fortunæ imperio liber est: si opes aufert: si vires/ si valitudinem/ si uxorem/ si liberos. Aequa mente careamus muneribus suis: existimemusque id summa Dei providentia fieri: qui rebus nostris recte consulat: cum ipse solus nouerit quid nobis sit profuturum: nos malis nostris causam & fomentum prebemus. Vota nostra sæpius contra nos vergunt. multa petimus in penicem nostram: quæ impetrata summa nos torquent egritudine animique miseria. Exoptamus fortunas: opes: magistratus: imperia reliquaque quibus fortuna dominatur. At ea pluribus hominibus tum inopie/ tum ex illius/ tum carceris/ tum mortis/ tum summe infœlicitatis causam prebuerunt. Fugientes igitur nobis sunt fortunæ insidie: & ea a nobis querenda atque expectanda præcipue quæ nostris iniuris sint: quæ neque viuos deferant/ neque mortuis auferant. Hæc nobis virtus ac ratio prestabunt: quæ qui sequetur instituta/ earumque consilio parebit. securior viuet: neque fortunam timens/ neque ulli subditus aut vitæ miserie/ aut infœlicitati. Quæ cum dicta essent: multique interim domi conuenissent qui Cosmi opera consilioque egerent: tempus est inquit Mattheus/ ut his cedamus: cum fati iam inter nos collocuti simus. Ut libet Cosmus inquit: quæ hi nostri sermones plurimum mihi voluptatis attulerint: reliquorum voces aliquam molestiam non carent.

Poggius
Cosmus.

Virtutis est
secutus.

animi liber
tas.

Mattheus,
Cosmus.

Poggij Florentini duo de miseria humane conditionis libri finiunt.